



# Theophyla-

CTI BVLGARIAE AR-  
CHIEPISCOPI IN QVATVOR PRO-  
phetas enarrationes, iam recens ex ve-  
tustissimo archetypo Græco, per D.  
Ioannem Lonicerum fidelissimè in  
Latinum conuersæ.

*Item Viſtorini in Apocalypsin  
Liber.*

PARISIIS,

*Apud Ioannem Mace sub scuto Britannicæ  
in Clauso Brunello.*

1 5 4 9

**Index Alphabeticus in Theophylacti commentarios in quatuor prophetas & in Apocalypsin.**

Aaron, Christi typus 35.b  
 ἀρχιερέα 37.a  
 Achia propheta 67.a.b  
 Achor Sacrilegus 64.d.e  
 Adæ fuga à deo 30.f  
 Adhortationis ratio duplex 98.f  
 Aduetus domini secundus, terribilis erit 15.f  
 Adulteram vxorem diligere iubetur Osee propheta 67.b.c  
 Adulterium, idololatria etiã dicitur 83.b  
 Aegyptus ab Alexandro Macedone subiugata 57.c  
 Aerugo quæ dicatur 76.b  
 Aethiops eunuchus primus ex gentibus baptisatus 57.b  
 Aethiopes spirituales 18.e  
 Affectibus suis seruicens, idololatra est 96.a  
 ἰδωλολάτρης 22.c  
 Aliæ Synagogæ, & aliæ animæ 74.b.c  
 Alexander Macedo patrem Ammonem consului 56.f  
 Alexandria à Nabuchodono fore spoliata 17.c  
 Alexandria, On sine Ammō olim dicta 16.f  
 Aliena sunt quæ sensibilitas nostra sequitur 68.d.e  
 Altaria in lege duo 89.d

Ambulare dei in nobis quid sit 42.f  
 Amarulētia nostra nimia ne sit 60.f 61.a  
 Ammonis dei celebritas 56.f  
 Angelus Christus dicitur 109.e  
 Angeli singulis hominibus & gentibus attributi 46.f 108.e  
 Anima deo etiam tribuitur, vt reliqua humana mēbra 10.a  
 Anima spōso Christo vidua sterilefcit. 66.f  
 Anima quomodo meretrix dicatur 55.e.f  
 Animalia quatuor, quæ intelligantur 105.a  
 Antellabus locustæ species 59.e  
 Apparitiones & veræ & falsæ 15.b  
 Aperire sigilla quid sit 106.f  
 Apis bos Aegyptius 73.a 90.a  
 Apocalypsis, reuelatio 106.e  
 Apostoli, pedes domini 193.a  
 Apostolorum dignitas 110.a  
 Aquæ baptismatis separatæ 46.b  
 Aquæ, quæ intelligantur in sacris 46.a 64.b 102.f  
 Aquila quid significet 109.d  
 Ara quæ intelligatur 107.c  
 Arx deo gratæ 89.d.e  
 \* ij Arbo-

# Theophylacti

BVLGARORVM ARCHIE-  
piscopi compediaria in Habacuc Prophe-  
tam Enarratio.

## P R A E F A T I O.



Vnt qui dolēter admōdam ferant, quum scē  
leribus obnoxios & iniquē agentes felicem  
transigere vitam conspiciuntur. Et alii quidē  
ambigunt, num humanarum rerum cura tan-  
gatur deus. Rursus est reperire, qui credant  
quidem esse prouidentiam, ac interim tamē  
addubiteat, nū eā ad rationē cunctas res omniaque negociā  
deus sumus ille vniuersi cōditor dispēiet. Posteriorū itaq; p-  
sonam assumēs propheta Habacuc, hæsitat sanē, veluti caui ā  
quor omnia sic contingant, discere gestiens. Dilationem er-  
go infert, quam diuini spiritus ei suppeditauit gratia. Non e-  
nim vt nonnulli suspicati sunt, ipse vates hoc in sese affectu la-  
borauit elanguēte, ceterū ab aliis cum cogitata tū dicta  
iu medium promit, deque quēsitis ac dubiis institutionē as-  
fert. Quod ipsum dei spiritū imbutus David etiā egit: siqui-  
dem & ille personam induit indignationē æstuātē ob secū-  
diores impiorum hominū fortunas, dum mei, inquit, ferē pe-  
des concussi sunt, ac gressus mei penē sunt effusi. Nam exca-  
ndi planē aduersum sceleratos, dum pacem ita peccatorum  
ac scelerosorum cernā: ac talia pleraq; adiiciens, quætionē  
huiusmodi dilutionem submonstrauit, dū subdit, Hoc enim  
est labor corā me, id me valde angit, vsq; dū fuero ingress⁹ in  
sanctuarium dei, & ab ipsis remotissimē habitauero. Porro  
institutus à spiritu gratiæ, simul intulit, veruntamen propter  
imposturas ipsorum, decreuisti eis mala, & quæ deinceps se-  
quuntur: Postea docens nos haudquaquā curiosos diuinæ dis-  
pensationis indagatores esse debere, verū enim simplici eam

# Capitis primi

VATICINII HABACVC PER  
THEOPHYLACTVM  
EXPLICATIO.



*Lemma quod vidit Habacuc propheta.*  
Lemma, id est captio, ipsa propheta nominatur, siue quod accipitur ex Deo tradita, siue propter prophetice mentis acceptionem, ac propter ab humanis ad diuinas reuelationes translationem. Quod si igitur non humanitus loquitur, sed a spiritu captus vaticinator, satis perspicuum sit ipsum vatem de

providentia dei nihil dubitare, ceterum ambigentes hunc curare velle, aut Israëlitis persuadere, quod non iniuria patiantur quæ sacri prophete eis prænuñcient. Vbi etiam dolenter fert planè, quod non celerius deus vindictam eis adducat adeo delinquentibus. Quod si Habacuc patrem excitationis sonat, si quis interpretetur: quis quæso alius ille pater fuerit; atque princeps vitæ nostræ, primogenitus ex mortuis, & primitiarum qui dormierunt, & pater futuri seculi, qui per excitationem & resurrectionem hæreditatem suam accepit, & sorte partitus est? Hic secundum humanitatem accipiens a deo patre suo sancti spiritus gloriam & honorem, ex persona humanæ naturæ suget iniuriam, qua ipsa a demonibus diuexata afficitur. Vide iam & voculam Prophetam, hic est ille a Mose prænuñciatus, qui dixit, Prophetam vobis excitabit dominus deus, ipsam Dent. 18.  
audite. Perinde atque Ioannem Pharisei interrogabant: Prophetamne tu es? Proinde quicumque, non ipse tantum excitatus a casu peccati, verumetiam alius qui tali excitatione erudire potest, quæ videtur, non humana cogitatione videt, sed a deo illa accipit, ut cum d. no Paulo dicere queat, Non ego, verum gratia 1. Cor. 15.

A ij dei